

# Briefe Glareans an Aegidius Tschudi (1533-1561)

Autor(en): **Müller, Franz Jos.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **27 (1933)**

PDF erstellt am: **30.06.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-124598>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# Briefe Glareans an Aegidius Tschudi.

(1533-1561)

Herausgegeben von Dr. EMIL FRANZ JOS. MÜLLER.

(Fortsetzung.)

---

Nr. 1.

1533. 15. August. <sup>1</sup>

Glarean übersendet Tschudi <sup>2</sup> die Chronologie zu Livius, zu der Erasmus das Vorwort schrieb, und die ihm großen Ruhm bei Gelehrten eintrug. Er lobt Tschudis Fleiß und Eifer, den dieser für seine Rhaetia aufwendet. Bericht über seinen Besuch beim Propste von Klingnau und über die Reise mit diesem nach St. Blasien. Tschudi möge sich um die Vermittlung des Streites zwischen dem Abte von St. Blasien und Wolfgang von Landenberg annehmen. Grüße an Tschudis Frau und den Untervogt Kaltzwitter.

Atque eccum tibi, ornatissime Aegidi, quem certe missurum me promiseram codicem <sup>3</sup> dignum et te et me munus, quod doctis multis in Europa viris placuit, ut eorum ad me datae litterae testantur. Inter quos *D. Erasmus* parens ac praeceptor noster, primus ut sol inter astra, tenet qui prefatione in hunc auctorem paucis quidem illis sed oppido elegantibus verbis planum fecit, quod haec chronologia novum

<sup>1</sup> Zu Nr. 1 bis 3 fehlt in allen Abschriften die römische Datierung, und es ist nur jene des Kopisten gegeben, deren Nachprüfung somit unmöglich ist.

<sup>2</sup> Gilg Tschudi weilte 1533-35, was für die Nr. 1 bis 6 zu beachten ist, als Landvogt auf dem Schlosse in Baden.

<sup>3</sup> Es handelt sich um die 1531 erschienene « Chronologia s. temporum supputatio in Omnes T. Livii Decadas » (vgl. *Fritzsche*, 93). Das Tschudi übersandte Exemplar besitzt heute die Aargauer Kantonsbibliothek (ebda. 133). Es war ursprünglich für Bischof Balthassar Merklin von Konstanz berechnet. Auf ihn und diese Widmung bezieht sich die Stelle im Briefe Glareans an Joh. Lasco vom 4. März 1532: « is bonus vir fuit et apud Maximilianum Caesarem olim meus examinatus ut vocant, sed tamen videre non potuit nostram in eum gratitudinem ante e vivis cessit » (Epist. clar. viror. Nr. 8, p. 14 ff.). — Das Vorwort des Erasmus in *Erasmi epistol.* Nr. 1140.

lumen auctori Livio attulerit. Idem *Andreas Alciatus*<sup>4</sup>, qui nunc Biturigibus in Gallia jura publico profitetur, litteris nuper scriptis testus est. Deo opt. max. habeo gratiam qui nomen meum celebre facere dignatus est apud christianitatis proceres. Principibus placuisse viris non ultima laus est inquit Flaccus. Sed de hoc nunc satis. Operam ac industriam tuam de Rhaetiae atque Helvetiae antiquitate mirum in modum laudo ac plurimum te hortor, ut ita porro in his pergas, nam erit aliquando Deo dante tempus cum plus otii nacti fuerimus, ut ea in suum redigamus et ordinem et splendorem non absque tui nominis merita gloria. Hoc enim tibi persuasum volo te mihi ex animo charum et me id annixurum, ut unacum nomine Glareani celebre sit et Aegidii mei Scudi nomen. Hoc meruit cum virtus tua tum parentis tui eximii viri in me ac totius familiae vestrae favor, denique affinitas tua per uxorem cognatam meam contracta<sup>5</sup> qua re vix quicquam aliud gratius mihi contingere potuit. *D. Praepositus* in *Klingnow*<sup>6</sup>, ut audivit me tibi charum et per propretorem *Cazwetter*<sup>7</sup> commendatum, tanta humanitate me excepit domi suae, ut vix dici queat, nec contentus eo munio accepto insuper equo usque ad St. Blasium per sylvam Hyrciniam me deduxit, ubi etiam a conventu huius coenobii benigne exceptus sum atque munificentissime tractatus. Quare ego per amicitiam nostram te oro dignum virum illum cognoscere ac ei mei causa,

<sup>4</sup> Andreas Alciatus (1492–1550), italienischer Humanist und einer der berühmtesten Juristen seiner Zeit. 1529–33 war er Professor der Rechte in Bourges. *E. v. Möller* (Andreas Alciatus. Ein Beitrag zur Entstehungsgeschichte der modernen Jurisprudenz. Heft 25 der Studien zur Erläuterung des bürgerlichen Rechtes. Berlin 1907) bezeichnet ihn als Stifter der humanistischen Schule in der Jurisprudenz des XVI. Jahrhunderts. Über seine Beziehungen mit Glarean ist weiter nichts bekannt.

<sup>5</sup> S. oben, p. 121.

<sup>6</sup> 1527–40 war Propst von Klingnau Johannes Wagner v. Zurzach. Er war 1540–41 Abt von St. Blasien. *Joh. Huber*, Die St. Blasier Pröpste in Klingnau und Wislikofen (Freiburger Diözesanarchiv, IX [1875], 363).

<sup>7</sup> Jakob Kaltzwitter wurde durch die Luzerner Tagsatzung v. 26. Dez. 1526 zum Badener Untervogt gewählt (E. A. IV, 1. A, 1027). Er war anfänglich eifriger Altgläubiger (*Fricke*, Geschichte der Stadt Baden, p. 112 u. 118. Archiv für Schweiz. Ref.-Gesch. III, 430), nahm aber später eine zweideutige Haltung ein (*Strickler*, A. S. II, 33), sodaß die kath. Orte nach Kappel wiederholt seine Absetzung in Erwägung zogen (ebda. IV, 1685; E. A. IV, 1. B, 1335 u. IV, 1. C, 345). Tschudi dagegen scheint ihm als Landvogt vertraut zu haben (Archiv f. Schweiz. Ref.-Gesch. I, 635). Er gehörte zum Badener Freundeskreis Glareans; 1537 stieg dessen Frau bei ihm zur Badekur ab (Nr. 9). Er starb 1537, (*W. Merz*, Wappenbuch der Stadt Baden, p. 144). Ein Sohn von ihm tat Botengänge nach Freiburg und war mit Herkules Tschudi, wohl von der Landvogtszeit des Vaters her, befreundet (Nr. 11).

tametsi hoc beneficium tibi acceptum refero, illi gratias agere, quod in tui favore me tam benigne suscepit, ut sentiat meas apud te etiam preces valere, qua re vix mihi quicquam gratius facere poteris. Denique cum nescio, quid litis inciderit inter *D. Abbatem St. Blasii*<sup>8</sup> et *Wolfgang a Landenberg*<sup>9</sup> affinem meum, tu si ea de re sollicitaberis geras te bonum mediatorem, quod cum utriusque partis gratia illaesis omnibus facere poteris. Utrique parti multum debeo, sed res, ut opinor, per bonos ac graves viros facile componetur, ne in tragoediam exeat. Sed nunc desino molestus esse tibi. Vale. *Friburgi Brisgove* a. Ch. n. MDXXXIII. Saluta meo nomine uxorem tuam et propretorem *Cazwetter*.

## Nr. 2.

1533. 5. September.

Glarean dankt Tschudi für seine wissenschaftliche Mithilfe und für die Verwendung zu Gunsten Egolf Offenburgers. Er empfiehlt ihm den Landenberg-Handel und den Propst von Klingnau und wünscht Rücksendung des Livius mit Begleitbrief. Grüße.

Neque diligenter relegendi neque respondendi satis digne tempus nobis fuit. Habeo autem tibi ingentes gratias pro tuis tantis laboribus. Unum oro, ne te mei causa tantum fatigare velis. Nam olim convenimus per otium et quae collegeris intra aliquot dies relegam. Negotium sane est quod multum iudicii requirit. Habeo etiam gratiam, quod *Aegolpho*<sup>1</sup> affini meo in negotio affueris. Si quid de *Landenberg* salte inciderit facies rursus amice. Scripseram in litteris prioribus de praeposito in *Klingnow*, ut eum nomine meo commendatum habere velis, nam plus quam humaniter me tractavit. Livium redditum scribis, sed velim etiam litteras cum eo te recepisse, quod equidem ex litteris tuis non prorsus notare poteram. Vale et me ama. Propretorem *Cazwetter* et ludimagistrum uxorem tuam et totam familiam tuam meo nomine salutato. Friburgi ex aedibus D. a Stauffen.<sup>2</sup>

<sup>8</sup> Abt von St. Blasien war 1532–40 Gallus Haus aus Möhringen (*Jos. Bader*, Das ehemalige Kloster St. Blasien. Freiburger Diözesanarchiv, VIII, 1874, p. 141).

<sup>9</sup> Die Verwandtschaft Wolfgang v. Landenbergs (H. B. L. IV, 589, Nr. 38) mit Glarean und den in Frage stehenden Streithandel konnte ich nicht abklären. Er war 1531 in Glareans Pensionat (*Schreiber*, p. 84). — Über den Einfluß Tschudis beim Abte Gallus von St. Blasien, vgl. *Argovia*, IX, 194 ff.

<sup>1</sup> Egolf Offenburger, der Schwager Glareans, s. o. p. 120. — Glarean erwähnt ihn auch 1548 (Freiburger Geschichtsblätter 1902, p. 175).

<sup>2</sup> Die Freiburger Wohnung Glareans, s. o. p. 114.

Nr. 3.

1533. 12. November.

Glarean dankt für übersandte Nachrichten. Er war jüngst im Elsaß, wo ihn der königliche Statthalter v. Geroldseck gastfreundlich aufnahm. Er berichtet vom Türkenkriege. Im Elsaß ist der Wein gut, im Breisgau mehr als mittelmäßig geraten. Bemerkungen über Beatus Rhenanus. Grüße.

Gratae fuere litterae tuae ornatissime D. Aegidi praecipue quod de rebus novis audirem, quae grata erant quamquam finem rei non video, sed ita sunt haec humana. Paucis ante tibi respondeo fessus ex itinere quod mihi fuit his diebus per Elsatiam, nam negotia me ad Ensisheim tulere, ubi benigne susceptus sum a regio praeside qui est a *Geroldseck*<sup>1</sup> vir perhumanus et dignus qui ab omnibus doctis celebretur. In eius mensa inter alia haec audivimus *Andream de Aurea*<sup>2</sup> Coroneam<sup>3</sup> obsidione liberasse et Turcas terra marique cessione aliquot item naves Turcicas captas ac direptas oppidum nove armatum milite hispanico ipsum ducem . . . .<sup>4</sup> Turcorum classem ut capiat. Haec sunt quae de rebus Christianis libere audivi. Cetera vel nulla sunt vel quae quotidie ipse isthic audis. Es nempe in loco quo magna mundi portio confluit et res item novae quotidie adferuntur tum verae tum falsae. Nos omnes hic recte valemus et te valere optamus. Vina in Elsatia feliciter evenere in Brisgoa ultra mediocritatem. Sed locos tu quae ad me de *Beati Rhenani* opinionibus non admodum probatis dedisti licetne illi ostendere? Nam puto eum brevi huc venturum. Quod si licebit curabo, ut brevi accipiat. Siquidem ipse tardabit huc venire, proximis igitur litteris tu mihi hoc significato. Audeamus illi indicare scriptum enim tuum mihi vehementer placet, sed ut illi placitum sit nescio, nam non omnes aequo ferimus animo, si aliquando erroris coarguamur. Sed quid hoc ad te. Socrates amicus magis amica veritas, ut Aristoteles dicere solebat. Vale charissime Aegidi et uxorem tuam meo tum uxoris meae item nomine plurimum salutato. Friburgi Brisgoae A. Ch. 1533.

<sup>1</sup> Gangolf v. Geroldseck, † 1549. (Oberbadisches Geschlechterbuch, I, p. 435.)

<sup>2</sup> Andreas Dorea, Generalkapitän der kaiserlichen Flotte.

<sup>3</sup> Über den Seesieg Doreas und die Eroberung von Koron und Patras in Kleinasien um Mitte September 1532, vgl. *Pastor*, IV, 2, p. 459.

<sup>4</sup> Lücke in allen Handschriften.

Nr. 4.

1533. 8. Dezember.

Dank für den Brief. Gerücht, daß Rom neuerdings von den Kaiserlichen besetzt und der Papst Karl V. verdächtig sei. Bei Glarean weilt der Bündner Friedrich von Salis. Grüße und Wünsche.

Glareanus Aegidio Scudo praetori S. D. Obviis, ut aiunt, ulnis litteras accepi tuas charissime D. Aegidi. Sed rerum novarum nihil minus est quod equidem sciam, nisi quod hic rumor potius est quam recta relatio Romam a Caesareanis rursus occupatam Pontificemque max. Caesari esse suspectum quod utinam in bonum reipublicae christianae cedat.<sup>1</sup> Est hic mecum Dom. *Fredericus a Salicibus*<sup>2</sup> Rhaetus, Rudolphi Filius, qui aliquot hebdomadibus hic maluit esse quam alibi male horas perdere, tibi ut puto optime notus. Hic rogavit me, ut abs te hoc officoli peterem videlicet litteras hisce inclusas, si commode possis, per aliquem nuntium Solodurum mittere<sup>3</sup> non conductum nuntium, sed si casu ablatum alioqui fuerit ut saepius inveniuntur. Id amabo mei causa facito, quamquam ille cum suis melius gratiam referre potest quam ego. Sed non dubito te mihi hoc non denegaturum. Vale felix cum universa familia tua. Saluta uxorem tuam nomine meo plurimum. Friburgi sexto idibus decembr.

<sup>1</sup> Es handelt sich um die Spannung zwischen Karl V. und Klemens VII., die durch die Verheiratung der Katharina v. Medici mit dem Herzog Heinrich von Orléans entstanden war. *Pastor*, Geschichte der Päpste, IV, 2, 536.

<sup>2</sup> Friedrich von Salis zu Promontogno und Samaden (1512–70) (H. B. L. VI, p. 16). Er war 1527 in Basel und 1529 in Freiburg Schüler Glareans (*Mayer*, Matrikel, p. 274, Nr. 43, und *O. Vasella*, Untersuchungen über die Bildungsverhältnisse im Bistum Chur, p. 169, Nr. 489). Er bediente sich ebenfalls Tschudis für eine Geldsendung an Glarean. Am 16. Mai 1534 schreibt er von Zürich aus an Aegidius: Mitto D. *Glareano* coronaros solares 18 his litteris inclusos quare primo quoque tempore cum fidum nactus fueris hominem illuc ad eum vel etiam Basileam ad illum de Offenburg (Stiefsohn Glareans, Nr. 2, A. 1) proficiscentem cura rogo ut istae pecuniae *Glareano* portentur et facies mihi rem longe gratissimam. (Camerarius Familienakten, II, p. 164, Nr. 31.) Es dürfte sich hier wohl um die Pensionsschuld für den in diesem Briefe erwähnten Aufenthalt handeln. — Es sei hier noch folgende Notiz angefügt: 1546, 27. Juni, schreibt Augustin v. Salis aus Chur dem Gilg Tschudi, er habe einen Sohn in Zürich, der Chorherr in Chur sei, den möchte er gern dem Glareano zu fernem Unterricht geben; er bittet, Gilg möchte diesen bei seinem Freunde bestens empfehlen (ebda. II, p. 175, Nr. 75).

<sup>3</sup> Camerarius' Copie fügt hier die Anmerkung ein: Petrus Lucas est, ad quem Soloduri mittantur litterae.

Nr. 5.

1535. 29. Mai.

Glarean ist mit Arbeit überlastet, aber bei guter Gesundheit. Er höre von der Einladung der Urner zur Glarner Kirchweihe ; da wird die Anwesenheit Tschudis von Gutem sein, denn solange die Prädikanten Unruhe stiften, kann das Vaterland keinen Frieden finden. Erasmus ist nach Basel gefahren.

Der Überbringer des Briefes ist ein wackerer Buchbinder der seine kranke Frau ins Bad führt. Glareans Schüler Hector Beroldingen ist fieberkrank. Der Kaiser hat einen siegreichen Zug nach Tunis unternommen.

D. Aegidio Scudo Glareanus S. D. Tantum mihi est negotiorum, suavissime Aegidi, ut gravius Aetna pondus me gestare credam. Tempus tamen suave dego inter tot labores modo. Christus opt. max. eam mihi custodiat sanitatem, qua nunc dego felicissime Deo gratia. Audio *Glaronenses* nostros invitasse *Uros* ad dedicationem<sup>1</sup>, quod felix faustumque precor senatui populoque *Glaronensi*. Nec parva mihi spes est tua praesentia, quae patriae aderit<sup>2</sup>, ut spero. Fascit Deus opt. max., ut haec haeresis aliquando facessat hinc ad extremos Arimaspos et pax reluceat patriae. Nam alioquin nulla spes quamdiu illi praedicantes tanta discordiarum semina spargunt in plebem facile irritabilem per se, etiam si nullus adsit daemon. *D. Erasmus* Basileam concessit, ut libro suo extremae faturae, ut ipse ait, adsit.<sup>3</sup> Nam nunc permisit Frobenianis typis. Qui has tibi adfert litteras vir est bonus librorumque concinator. Aegrotam habet uxorem, cuius gratia isthuc concessit, ut lavet ac sanetur. Cui si litteras dare voles diligenter, ut haud dubito, providebit. Filius Cos. Uri *Hector*<sup>4</sup> febricola laborat, sed spero illum propediem liberatum iri. Juvenis est bonus et bonae indolis ac omnibus carus. Rerum novarum hic nihil est, quam quod Caesar valida manu Africam minorem ac Mauritanias oppugnaturus ingentem facit expeditionem. *Tunes* promontorium fuit, cuius mentionem facit Livius 1, l. X secundi belli punici non ita longe ab initio :

<sup>1</sup> Die Glarner Kirchweihe (Sonntag nach Mariä Himmelfahrt) wurde 1535 am 15. August begangen.

<sup>2</sup> Tschudis I. Landvogtei ging an der Badener Jahrrechnung, die am 8. Juni 1535 begann (E. A. IV, l. C, 503), zu Ende.

<sup>3</sup> Es handelte sich um den Druck des Ecclesiastes, worüber Erasmus 1536 starb.

<sup>4</sup> Hector v. Beroldingen, ein Sohn des berühmten Urner Landammanns Josua v. Beroldingen, wurde anfangs November 1534 in Freiburg immatrikuliert (*Mayer*, p. 292, Nr. 2). Er starb 1547 als Gardehauptmann in Bologna (Urner Neujahrsblatt, XVI, 1910, p. 44).

Caesar Augustus cum in Coloniā deduceret Carthaginem vetuit urbem eo loco eundi, quo antea fuerat, sed in eo potissimum loco unde Scipiones alter eam tributariam fecerat alter funditus deleverat manet hodie nomen Tunissa. Disce autem nomen, unde in Mauritaniam immigraverit haud equidem scire possum. *Bodmer junior*<sup>5</sup> fratri exscripsit hortatu meo quae *D. Litavibus Berus*<sup>6</sup> nuper *D. Erasmo* e Roma scripsit. Vale felix. Salutatur te et uxorem uxor mea. Datum ad quartas calendas Junias 1535.

**Nr. 6.**

1535. 5. Juni.

Beroldingen ist wieder hergestellt. Zur Kirchweihe zu kommen kann Glarean nicht versprechen. Was er von Erasmus schrieb, stammte aus dessen eigenem Munde; Gott, der alle Lügen weiß, wird das übrige kennen. Grüße an die Glarner Freunde.

D. Aegidio Scudo praetori Glareanus S. D. Etsi prorsus nihil habebam quod scriberem, suavissime Aegidi, nolui tamen nuntium hunc prorsus inanem litteris meis remittere et hoc ipsum nihil quod habebam scribere. Filius cons. *Beroldinger* aegrotavit ad hebdomadas aliquot febricula, sed jam reconvaluit, Deo sit gratia! De dedicatione Glaronensi nihil promittere ausim tantis implicitis curis et prioris anni expensis adhuc ustus. De *D. Erasmo* quae tibi scripsi ex ore ejus eripui.<sup>1</sup> Deus mentium cognitor reliqua novit. Uxor mea millies et te et uxorem tuam salutatur. Novarum rerum hic prorsus nil audivimus. Omnia mussitant. Vale felix. Datum ut supra. In patriam regressus

<sup>5</sup> Jakob Bodmer aus Oberbaden, der am 16. Okt. 1534 in Freiburg immatrikuliert wurde (*Mayer*, p. 290, Nr. 36). Er war, wie aus Nr. 7 hervorgeht, der Bruder des mit Tschudi nahe befreundeten Badener Landschreibers Caspar Bodmer, an den auch ein interessanter Brief Glareans erhalten ist (*Anzeiger für Schweiz. Gesch.* III, p. 363). Jakob Bodmer starb 1542 als Chorherr in Zurzach (*W. Merz*, Wappenbuch von Baden, p. 32 ff.).

<sup>6</sup> Der berühmte Basler Universitätsrektor und Domherr Dr. Ludwig Bär, der seit 1529 in Freiburg lebte (*A. Burckhart*, Die Familie Bär, in *Basler Biographien*, I, p. 74 ff.). Er unternahm im Frühjahr 1535 auf Veranlassung des päpstlichen Legaten Aleander eine Romreise (ebda. p. 77). -- Noch im Alter erinnert sich Glarean mit warmen Worten an die Freundschaft mit ihm (Nr. 32).

<sup>1</sup> Tschudi hat offenbar die Begründung für die Übersiedlung des Erasmus nach Basel angezweifelt.



saluta omnes meos amicos et fautores praecipue praetores *Schiesser* <sup>2</sup>, *Tolder* <sup>3</sup>, *Vogel* <sup>4</sup>, *Hessium* <sup>5</sup>, *Caligulam* <sup>6</sup>, porro nepotem mihi carissimum *D. Henricum*.<sup>7</sup> (dat. nonis juniis)

## Nr. 7.

1536. 4. Januar.

Glarean dankt für angebotene Gastfreundschaft. In Freiburg ist alles ruhig; eine kleine Überschwemmung hat den Professor nur leicht in Mitleidenschaft gezogen. Seit anfangs Oktober sind in der Stadt zirka 30 meist ältere Leute gestorben. Trotzdem es sich dabei nicht um Pest handelte, mußte Glarean, aus Rücksicht auf sein Pensionat, für einige Zeit die Stadt verlassen. Am 30. Dezember kam ein von einem Mädchen begleiteter Jüngling aus Basel zu Glarean und überbrachte Tschudis und Schulers Briefe. Glarean sah erst später, daß der Bote Tschudis Neffe gewesen war. Er verschwand sofort spurlos aus der Stadt. Wahrscheinlich hielt ihn das lutherische Mädchen, mit dem er herumzog, davon ab, sich zu erkennen zu geben. Einen andern Grund gibt es kaum, denn Glareans Haus ist wohl von bäurischem Aussehen, aber wie viele Grafen und Barone hat es schon beherbergt, und immer noch ist es als Pensionat begehrt! Grüße an alle altgläubigen Freunde in Glarus.

D. Aegidio Scudo Glareanus S. D. Habeo benignitati tuae multas gratias, humanissime Domine Aegidi, de tua tamen benigna oblatione hospitii, qua profecto si eguissem <sup>1</sup> nihil mihi gratius obtingere potuisset, sed Dei benignitate non egeo. Idem tamen Deus det, ut diutissime non egeam quod in ipsius manu positum est. Omnia nunc hic Deo

<sup>2</sup> Landvogt Bernhard Schießer aus Linthal († 1549). Er tritt in den Glarner Reformationskämpfen wiederholt auf Seite der Altgläubigen hervor (*Valentin Tschudi*, 99, 186; *Bäldi*, 95).

<sup>3</sup> Fridli Tolder, 1517 Landvogt in den Freien Ämtern, 1519 Ratsherr, Wortführer der Altgläubigen, ebda. 92 ff. u. 86 ff. <sup>1522-26</sup>

<sup>4</sup> Hans Vogel, wiederholt Vogt im Gaster († vor 1546), eifriger Katholik.

<sup>5</sup> Heinrich Hässi, 1512 Landeshauptmann, 1521-26 Säckelmeister. Er gehörte zum engern und geistig regsamen Kreise des Glarner Pfarrers Zwingli (vgl. den päpstlichen Ablassbrief, in *Archiv f. Schweiz Ref.-Gesch.* III, p. 600). Zwingli hob ihm seinen Sohn Konrad Hässi (über ihn o. p. 107, A. 4.) aus der Taufe. Noch 1527 darf er dem Reformator die Sorgen um seine krebskranke Frau mitteilen (*Zw. Br. W.* III, Nr. 591-92). Er lebte 1547 noch als strenggläubiger Katholik (*Kubli-Müller*, G. W.). Biographische Notizen über ihn gibt *E. Egli*, in *Zwingliana*, II, 281 ff.

<sup>6</sup> Ein weiter nicht bekannter Deckname, wohl für einen Studiengenossen oder Schüler Glareans.

<sup>7</sup> Dekan Heinrich Schuler, s. o. 118.

<sup>1</sup> Die Reise nach Glarus wurde im Sommer 1536 ausgeführt. Glarean berührte dabei auch Baden (*Anzeiger f. Schweiz. Gesch.* III, 362).

sit gloria quieta sunt. Diluviolum fuit, sed quod ad me attinet leve. Perrierunt a Kalendis octobribus XXX non plus hic homines adulti maxime tamen senio et accidentariis morbis non peste.<sup>2</sup> Sed mihi cedendum erat<sup>3</sup> propter juventutem, quae subito terreri solet. Nunc rursus in nido meo quamdiu illi rerum conditori placuerit sedeo. Verum enim vero quod nunc scribo levius est causa, sed quae animum meum multo maxime percussit. Tertio Calendas januarias venit ad me adolescens quidam cum puella a Basilea, qui tuas ac *Dom. Henrici* attulit litteras, quas cum accepissem et legere coepissem, ille abire festinat; ego ad januam perventum sequor ac sedulo inquirō meine causa Friburgum venerit. Ille sub dissimulare nec prorsus fateri nec abnegare. Tum ego rerum incertus puellae duas asses dedi ac in domum redii. Ceterum ut litteras et tuas et *D. Henrici* lego, invenio illum *ex fratre tuo nepotem*<sup>4</sup> esse. Misi continuo in urbem et famulum et ex juvenibus scribae aquensis fratrem *Jacobum Bodmer*<sup>5</sup>, sed nusquam invenire hominem potui. Quam rem satis aegre tuli, quod se non manifestavit, quis esset; quasi vero ego somniarim quis ille esset. Itaque non deprecor veniam abs te, quod hominem non noverim, ita Christus me amet, sed illi etiam male imprecor, qui me ita naso suspenderit. Si casu ad te veniret mihi grata esset tantum abest, ut nepotes tuos non venerarer, si non magnifice saltem honeste et amanter. Verum quantum ego conjicio, puella lutherana est, quae eum retraxit. Nam cur se non manifestavit aliam nullam habet rationem, quod si hanc dicat: domus fortassis rustica visa est et est sane rustica. Sed quam multi comites et barones inhabitant et hodie inhabitare cupiunt, si quosdam suscipere vellem. Malo nunc privatim vivere et cum paucis, donec hae sitescunt turbae. In nomine nostro salutabis omnes Christianos sacerdotes, Cons. praetores, senatores, amicos, affines et cognatos. Vale felix. Datum pridie nonas januarias.

<sup>2</sup> Tatsächlich herrschte 1535 die Pest in der Stadt (*König*, Zur Geschichte der Universität Freiburg, in Freiburger Diözesan-Archiv, XXII [1892], p. 334).

<sup>3</sup> Glarean ging mit seinen Schülern nach Villingen. Der Wegzug erfolgte, quoniam ei epidemiae damnum immineat (Auszug aus dem Senatsprotokoll vom 21. Nov. 1535, bei *Schreiber*, p. 111, A. 269).

<sup>4</sup> Es kann einzig Marquard Tschudi (geb. 1515) gewesen sein, der Sohn von Aegidius' Bruder Fridolin (1489–1515) und der Vater des berühmten Pfäferser Abtes Fridolin Tschudi. Letzterer war bereits geboren (1532), als der Vater noch dieses Vagantenleben führte; die Leidenschaften des Abtes waren offenbar ererbt.

<sup>5</sup> S. oben Nr. 5, Note 5.

Nr. 8.

1536. 7. November.

Franziskus Cervinus hat das Manuskript von Tschudis Rhaetia wohlbehalten nach Freiburg überbracht. Glarean wird dieses Werk in eigenen wissenschaftlichen Arbeiten so oft als möglich ehrend erwähnen. Auch im Andenken an seinen Vater, der ihm oft genug von den Verdiensten des Tschudi-Geschlechtes um seine Familie erzählte. Dieses Zeugnis wiegt umsomehr, als der alte Loriti nicht ein Mann vieler Worte war und im Rate mehr durch sein Urteil als durch seine Anträge hervortrat. Männer von solchem Schlage bedarf das Vaterland. Glareans Empfehlung für Tschudi an Beatus Rhenanus, den er um sein Urteil über Tschudis Werk gebeten hat. Die Verlegerfrage. Glarean trug Rhenan an, die Übersetzung zu besorgen; nimmt dieser nicht an, so wird Glarean die Aufgabe selber durchführen. Tschudis Furcht, außer Schweizern und Bündnern nur wenige Leser zu finden, ist unbegründet; hier kommt alles auf die Fassung des Buchtitels an. Glarean wird dafür besorgt sein. Er übersendet Tschudi eine bayrische Landkarte des Geschichtsschreibers Aventin. Glarean hat gegenwärtig zwei Schüler, die diesen berühmten und bescheidenen Mann hörten, der im Auftrage der bayrischen Herzoge viele historische Schriften verfaßt hat. Aventins Annahme, es gebe zwei Augsburg, hat Glarean freilich einiges Ergötzen bereitet.

D. Aegidio Scudo Glareanus S. d. Nemo unquam majore fide, nemo diligentiore cura, ornatissime D. Aegidi, rem commendatam aequè curavit atque *Franciscus* noster<sup>1</sup> res tuas attulit, omnia integra, munda omnia, ut dedisti. Ideoque utrique gratiam habeo, sed maxime tibi, qui curaveris per fidum hominem huc adferri. Non autem dubito, quin tibi sit comendatissimus, alioquin commendationem illi dare conceperam. Crede mihi intra aliquot annos nihil unquam accepi gratius quam tuas hasce commendationes, quae mihi instar horrei erant at quotiescumque epulum dandum populo habeam quo placeam.

<sup>1</sup> Franziskus Cervinus ist eine interessante Gestalt aus dem Glarner Humanismus, die leider nur in verschwommenen Linien aus dem Dunkel tritt. Er war 1521–46 Kaplan in Glarus (*Paul Thürev*, Übersicht über die Pfarrgeistlichkeit v. kath. Glarus, in *St. Fridolins-Chronik*, 8. Aug. 1928). Anfänglich stand er der Reformation freundlich gesinnt gegenüber, wie dies der ausführliche und interessante Situationsbericht beweist, den er 1521 an Zwingli erstattet (*Zw. Br. W.* I, Nr. 170). Später gehörte er zum Kreise Tschudis. Er war einem Kinde des Geschichtsschreibers Pate (*Rhenan*, *Br. W.*, Nr. 304, p. 433–34) und leistete ihm jahrelang die besten und zuverlässigsten Dienste als williger Schreiber und uneigennütziger Gehilfe (vgl. *Salomon Vögelin*, Über Tschudis Amanuensis Franz Cervinus, in *Jahrbuch f. Schweiz. Gesch.* 1889, p. 204 ff.). Doch hatte Cervinus auch eigene und weitgespannte literarische Interessen, wie die erhaltenen Stücke aus seiner Bibliothek bezeugen (vgl. *Zwingliana*, I, p. 455, u. *Argovia*, XIX, p. 78, A. 112). — Ein Brief Cervinus an den in Baden weilenden Tschudi (*compatri dilectissimo Schudo*) mit Nachrichten aus Glarus (dat. 9. Okt. 1533) findet sich in *Camerarius Familienakten*, II, 163, Nr. 24.

Non dubites quin in omnibus operibus meis tui honestam memoriam faciam. Dignus es et ingenii tui specimen dedisti, ut me necessitas urgeat ad praedicandas tuas, sed vere possum, laudes. Anni sunt plus viginti quatuor cum a *patre meo*<sup>2</sup> audierim: age fili, inquit, Scudi de nostra progenie bene meriti sunt semper, si quid potes illis obsequere, digni sunt quos colas et ames, nam mihi bene profuerunt, bene me amarunt. Haec mihi parens non multorum verborum homo, sed qui in senatu judicativam partem melius tuebatur quam inventivam. Idque verbum a parente tuo non semel audivi, qui hoc addebat: Rem publicam Helvetiorum plus indigere, qui bene judicarent quam qui suaderent aut invenirent. Multos bene suadere persuadere paucos, nec aliam ejus rei rationem quam quod omnes in senatu invenisse videri velint in sententiam aliorum concessisse nemo. D. *Beato Rhenano* de te ita scripsi<sup>3</sup>, ut de fratre ad fratrem. *Franciscus* reliquum quod est in te an me candore ore ac diligentia supplebit. Rogavi, ut mihi rescribere dignetur suum ipsius iudicium.<sup>4</sup> Deinde, ut inveniamus librarium qui ea digne probe mandet et satius est non festinare quam in improbum incidere, qui nihil pensi habeat, modo lucretur aliquid. Rogavi *Rhenanum*, ut ipse velit interpretandi officium assumere quippe qui et melius id posset et plus haberet negotii. At ne propterea desperes, si ipse nolit ego huic oneri humeros supponam<sup>5</sup> atque effectum tibi dabo. Sed quod etiam ais in epistola tua paucos fortassis lecturos praeter Helvetios Rhaetosque, nonnihil est, sed in titulo pervenimus quem ego consignam, ut lector ipse affectu hoc tangatur. Selecti loci in Plinio ac aliis classicis auctoribus attrahent mihi lectorem hic homo capiendus sed suo bono. Mitto etiam hic ad te mappulam utriusque Bavariae ab *Aventino*<sup>6</sup> homine sedulo ac docto compositam, qui mortuus est ante biennium, principum Bavariae historiographus. Habeo domi meae juvenes, qui ejus discipuli fuerunt, qui ajunt eum minime superbum hominem fuisse, minime etiam ostentatorem, sed humanum ac doctum et multae experientiae virum, cui principes negotia dederunt totius regionis loca visendi, peregrandi ac pervestigandi. Multa ex

<sup>2</sup> Über Glareans Vater vgl. oben p. 115.

<sup>3</sup> Der Brief ist verschollen und den Herausgebern des Rhenan-Briefwechsels nicht bekannt.

<sup>4</sup> Das Versprechen Rhenans, Br. W., p. 434.

<sup>5</sup> Die Übersetzung wurde, nach Tschudis eigener Darstellung (s. oben p. 127) von Münster besorgt.

<sup>6</sup> Der bayrische Historiograph Johannes Turmair, genannt Aventinus (1477 bis 1534).

litteris vetustis inquisita ac inventa per eum a principibus Bavariae occultantur et maxime historiae rerum gestarum Vindelicorum Noricorumque adversus Romanos. Unum est, quod me multum oblectavit : aliam nempe Augustae Vindelicorum sedem describit aliam Rhaetorum quae Augustae Vindelicorum dicitur Rhaetorum esse convincitur. <sup>7</sup> Sed in hoc uno videtur mihi ineptire nimia scilicet cura torquendi nomina germanica in latinam declinationem ac sonum, cum contra faciendum esset. Sed et tu reliqua ex chartula quam narravi adjiciendam missa mihi velim des. Vale felix nostri memor. Datum Friburgi sept. idibus novembris 1536.

Nr. 9.

1537. 5. Juni.

Glareans Anmerkungen zur Rhaetia. Sie sollen mithelfen, das Werk, welches den Ruhm des Tschudi-Namens würdig fortsetzt, in beste Form zu bringen. Auch Glarean wünschte sich einen treuen Freund und Gehilfen in seiner Schriftstellerei, wie es früher Erasmus war. Er schreibt aus großer Arbeitsüberlastung heraus, hat die Frau krank und ist durch große Lehrverpflichtungen bedrückt. Dazu kommt noch der Ärger über den Verkauf des väterlichen Hauses in Mollis durch Jakob Loriti, der sein Vertrauen und das erwiesene Wohlwollen damit schmählich täuschte. Damit schwindet jede Hoffnung auf eine Rückkehr in die Heimat. — Auch Glarean hat Bedenken über die Annahmen betr. Augsburg in der Rhaetia. Er hat die Handschrift zu Pfingsten nach Basel an Sebastian Münster übersandt. Dieser soll sie nochmals nach Glarus tragen lassen, damit Verbesserungen möglich sind. — Glareans Frau weilt zur Kur in Baden und wohnt in Kaltzwetters Haus ; vielleicht kann Tschudi die Schwerkranke besuchen.

D. Aegidio Scudo Glareanus salutem dicit. Mitto tandem ad te suavissime Aegide annotationes sive potius interrogationes aut dubitationes in opere tuo *de Rhaetiae antiquitate*, quas eo animo accipe, quo eas scripsi non carpenti studio scit Deus, sed quia tu ita fieri jussisti ac ego lubens tibi hac in re morem gessi in majoribus etiam non defuturus gloriae tuae ac honori tui nominis. Nam faveo operi tuo, quod dignum est, ut in hominum ora aliquando veniat et quo emendatius tanto majore tuo honore. Utinam mihi in operibus meis adsit aliquis monitor fidus, qualis erat *D. Erasmus* dum viveret, aut alius quisquam etiam me junior, ut nihil, quod non plures oculi vidissent non plures limae limassent, in manus hominum veniret. Scripsi ea multis occupatus rebus et aegra uxore <sup>1</sup> domi et ipse obrutus multi-

<sup>7</sup> Tschudi weist die Ansicht Aventins über Augsburg in Gallia comata, p. 272, mit ausführlicher Begründung zurück.

<sup>1</sup> Ursula Offenburger, s. oben p. 120.

tudine tum lectionum tum auditorum. Ipse tricesimusquintus <sup>2</sup> hactenus mensae assideo. Deinde etiam curae aliae detinent. *Nepos meus Jacobus* <sup>3</sup> domum patruam me inscio vendidit, litterarum fretus auctoritate, quae nesciente me factae sunt, cum Parisiis essem <sup>4</sup> neque quisquam est cognatorum meorum, qui mei causa eum a tali facinore deterruerit praeter unum *D. Henricum*, quem tamen ipse non veretur nec mirum, qui me non vereatur patrum, qui eum ac parentem fovi, qui tantas expensas in eum feci. Denique qui tuo suasu in domo etiam tua, cum jam in patria essem <sup>5</sup> adeo placide ex vestrorum omnium sententia rem composuissem, ut ne cogitarem quidem eum talia ausurum. Spem plane mihi abscidit in patriam remeandi. Sed nunc querelarum satis est. Ex Selestadio *D. Beatus* ad me remisit Catalogum nominum omnium in tabula tua regionum. Deinde epistolam tuam ad ipsum scriptam de germanorum appellatione <sup>6</sup>, quae mihi vehementer placuit. Caeterum de Augustae Rhaetorum ac Vindelicorum, quae apud te non sunt duae civitates, *Johannes Aventinus* antiquitates indicat, tantum non explicat, vellem certe eas si possem videre. Libros multos de Vindelicorum in Romanos victoria scripsit, sed principes Bavariae sibi retinent. Et tu tamen unum *Antonini* itinerarium allegas, cui ego credere non ausim. Nam numeri saepe exorbitant et nomenclatura corrupta est frequentius. Sed haec hactenus. *D. Beatus* misit ad me suam mappam cum appendice nuper missa. Ego in diebus pentecostes misi omnia Basileam ad *Sebastianum Münsterum*, qui in formis excudendis est excellens. Is nunc omnes domi sua habet, majores duas et appendices duas. Volumen tuum reportari jussi et sunt bibliopolae, qui libenter excudent, sed volo prius audire, quid tibi emendandum videatur. <sup>7</sup> Nam et ex *Beati* epistula apparet, te quaedam emendari velle, et nunc ex me audies vel quae ego non intelligo vel quae tu casu neglexeris. *Uxorem* meam Aquas misi, si tu forte eo legatus veneris, poteris eam videre, nam male habet. In domo *Cazwetteri* erit. <sup>8</sup> Bene vale. Friburgi datum nonis Juniis a. 1537.

<sup>2</sup> 1542 hatte Glarean 34 Pensionäre (*Tatarinoff*, p. 37).

<sup>3</sup> Jakob Loriti, der Stadtschreiber von Neuenburg (s. oben p. 116). — Das väterliche Haus Glareans steht noch heute im Steinacker zu Mollis.

<sup>4</sup> Also unmittelbar nach dem Tode von Glareans Vater (s. oben p. 115).

<sup>5</sup> Im Sommer 1536, s. oben Nr. 7, A. 1.

<sup>6</sup> *Rhenan*, Br. W., p. 436 ff.

<sup>7</sup> Zur Vorgeschichte der Drucklegung von Tschudis Rhaetia, s. oben p. 126.

<sup>8</sup> Das Haus stand in der Halde zu sant Jakob (*W. Merz*, Wappenbuch von Baden, p. 144).

Nr. 10.

1538. 8. April.

Die Unwissenheit über die Krankheit seiner Frau ist die Ursache für das lange Schweigen Glareans. Alle Heilmittel wurden bisher vergeblich versucht; nun möge Gott vorsehen. Über das ungebührliche Vorgehen seines Verwandten Jakob Loriti schrieb Glarean gleichzeitig an Heinrich Schuler und übertrug ihm die Angelegenheit. Tschudis *Rhaetia* ist nun in Basel gedruckt; Glarean gefällt vor allem die Zeichnung der Landkarte. Sebastian Münster wird 2 oder 4 Exemplare nach Glarus tragen, sodaß Tschudi alles mit eigenen Augen beurteilen kann. — Glarean überschickt seine jüngst erschienenen Anmerkungen zu Caesar, worin Tschudi oft gebührend erwähnt wird; Glarean dankt bei dieser Gelegenheit auch für die Erwähnung im Vorwort der *Rhaetia*. Die Tagsatzungsboten der V Orte sandten ihm im letzten Sommer eine ehrende Berufung; er konnte sie jetzt nicht annehmen. Tschudi möge ihm seinen Rat in dieser Angelegenheit erteilen.

D. Aegidio Scudo Glareanus S. D. Nimis justam causam habeo, suavissime D. Aegidi, cur tanto tempore nil scripserim, ita conturbat me *uxoris* morbus, de quo nemo quidquam certi scire potest. Certe ipsa in eo confecta est, ut tu illam non nosceres. Quaesivimus tentavimus experti sumus omnia remedia, sed nihil prorsus promovimus. Itaque ego nunc Deo opt. maximo curam eam commisi.<sup>1</sup> Sed de hoc satis tibi. De *cognati mei Jacobi* insolentia scripsi D. Henrico neque nunc ea res ita negligenter ab omnibus amicis tractata parum sollicitos nos harum rerum habet et hanc missam facio. Opus tuum Basileae excussum est, in quo mappulae pictura<sup>2</sup> mihi optime placent. Editionem neutram legere potui. Sed D. *Sebastianus Münsterus* ferret ad te exemplaria duo aut quatuor, ut opinor ita, ut tu omnia judices oculatus testis. Edidi et ego annotationes in C. Caesarem, quas tibi hic mitto, in quibus honestam tui ut debui mentionem facio<sup>3</sup>, nam non illibenter fatebor per quos adjutus fuerim, quod et tu in praefatione tua fecisti<sup>4</sup>, de qua humana benignitate habeo tibi gratiam haud mediocrem. Quinque helvetiorum partium legati priore aestate ex Aquis miserunt ad me epistolam plenam benevolentiae, in qua invi-

<sup>1</sup> Im Briefe an Johannes Aal v. 10. Juli 1538 gibt Glarean die Hoffnung auf Genesung seiner Frau völlig auf (*Tatarinoff*, p. 7), läßt sie aber im Sommer 1538 noch eine Reise nach Solothurn zur Frau v. Luternau machen (ebda. p. 16).

<sup>2</sup> Vgl. über die der *Rhaetia* beigegebenen Landkarte: *J. H. Graf*, Beitrag zur Kenntnis der ältesten Schweizerkarte von Aeg. Tschudi, in *Mitteilungen der naturforschenden Gesellschaft*, Bern 1885.

<sup>3</sup> Nachweise oben p. 128.

<sup>4</sup> S. oben p. 131.

tarent me ad honestam conditionem.<sup>5</sup> Verum ego eis placide respondi nunc mihi non esse possibile mutare locum et propter ingentem suppellectilem et propter uxoris morbum, sed me deliberaturum maxime quod cupiebam tuum ea de re audire consilium. Reliqua in *D. Henrici* litteris percipies. Nam *D. Sebastianus* ita festinavit abitum, ut longior esse nequiverim. Scribe mihi de quinque partibus consilium tuum simul de hac editione iudicium tuum. Bene vale. Friburgi VI idus aprilis 1538.

*(Fortsetzung folgt.)*

<sup>5</sup> Am 24. April 1537 lud die Tagsatzung von Baden aus den Poeten Glareanus ein, « in die V Orte zu ziehen und daselbst die Kinder zu unterweisen » (E. A. IV, l. C, 834). Am 12. Juni wiederholten die VII katholischen Orte das Angebot, « er möge zu ihnen kommen, in welches Ort er wolle und anzeigen, wieviel Besoldung er begehre » (ebda. 848). — Die ablehnende Antwort Glareans darauf in Anzeiger f. Schweiz. Gesch. III, 362.

